

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Fabula e
cum fontibus proximo et primo

Apulegius de deo Socratis
introducitur fabulam Esopi de coruo tenente carnem in ore
cui dum dixisset vulpecula quod cignus melius cantabat,

et uolens cantare amisit carnem de ore
ac potius crocitauit quam cantauit.
Et sic suam defectionem publicauit
quod multis accidit qui uolunt se magnificare
et ultra mensuram uirium suam ostentare.

Ibidem (Agellius libro II.).

Similiter philosophi introduxerunt saepe tales fabulas,
sicut Apuleius lib. de Deo Socratis,
introducitur fabulam Aesopinam de coruo tenente caseum in ore;
cui cum dixisset vulpecula, quod melius illo cantabat cygnus,
volens coruus probare contrarium, aperuit os,
et sic caseum amisit, volensque cantare,
potius crocitauit,
suumque defectum publicauit.
Quod accidit multis, qui uolunt se magnificare
et ostentare vltra mensuram uirium suarum.

Iohannes Gallensis, *Compendiloquium*, 8.6.14 (Rome, 1655,
pp.395-6). [A heavily abbreviated paraphrase of Apuleius,
De deo Socratis, prol. (G.F. Hildebrand ed., pp.107-10)].